




VII, 2K.

2.608<sup>a</sup>







*Nobilissimo, Amplissimo, ac Excellentissimo*  
DN. JUSTO HEINRICO BÖTTICHERO,  
Francohusano,

*Juris utriusq; Doctori longè celeberrimo, Consiliario Schwarzburgico  
Consistoriiq; Assessori gravissimo, meritissimo,  
Patrono suo honoratissimo;*

nec non

*Perquam Reverendo, Clarissimo & Doctissimo*  
DN. M. GOTFRIDO GUNTHERO SCHULTHESIO,  
Francohusano,

*Ecclesiae patriae Diacono vigilantissimo ac optimè merito,  
Fautori, Amico & h. t. Hospiti suo æstimatissimo, præfens hæc Commen-  
tatiuncula de Francohusæ antiquitate Sacra esto.*

*C*ur præfens Scriptum Vobis inscribere mens sit,  
Multa sunt Causa, quarum me pondera pellunt.

*Hac vice si luci cunctas exponere vellem,*

*Non mihi sufficeret brevis hæc angustia chartæ.*

*Præcipuas nequæo tamen hic abscondens causas,*

*Quæ me moverunt: nimirum patria vestra*

*Est, ego jam cujus venerandam sisto senectam:*

*Sunt Gnati Vestri, patria dulcedine ducti*

*Qui patriæ laudes ejusq; encomia dicent.*

*Non dubito hinc quinsit Vobis inscriptio grata.*

*Vos Vestrasq; domos ac munia vestra salute*

*Impleat alma Trias & prosperitate coronet.*

*Inprimis precor, ut Vestrum quovq; cuiuslibet olim*

*Hunc pæana canat quivis: Pater optime specta,*

*Compleatur votum, jam Natus adæquat*

*Te meritis, & quod magis est optabile, vincit.*

*Sic totus vester devoto corde precatur*

*Specha*  
Claudian  
de Consul.  
Honor.  
v. 429. seq.

M. Joh. Hoffmann.



## SUMMARIA

### *hujus Programmatiss.*

**A**Nsa huic Programmati præbita. Antiqua structura parum Antiquitatis certæ hîc promittit. In seditione rusticâ multa monumenta literaria citra dubium perierunt. Querela de veterum Germanorum in rebus gestis annotandis negligentia. Augusta Trevirorum antiquissima Germaniæ Urbs habetur. Laudatur cum Palatio Constantiano. Ejus incunabula minûs rectè ad Abrahami tempora referuntur. Antiquitas Salinarum Francohusanarum ex Tacito conjectatur. Laus Taciti. Quid de varia lectione in loco Taciti huc pertinente, sit sentiendum. Quinam Hermunduri, Varisci, seu Narisci, Catti, Cherusci seu Hercynii, unde sint dicti & ubi olim siti. Herthus quasi Erd. Unde Titulus Ehren-West. Bacenis quid. Wilkij votum pro Taubmanno. Quid flumen sale fœcundum sit. An Sala fluvius intelligatur. Lipsij olim Jenæ Professoris opinio comment. in h. l. Taciti. Unde Albis, Danubius, & Sala nomen habeant. Tacitus citra meritum fortè erroris, quod per flumen sale fœcundum Salam intellexerit, arguitur. Magnam Germaniæ partem peragravit. Flumen quid generaliter significet. Trium potissimum Salinarum veteres Germanorum Historici mentionem faciunt. Quid per flumen conterminum intelligatur. Halis Saxonum quatuor sunt salinæ. Cur Catti seu Hassi, Franci & cur Franci Salij dicti sint. Quid lex salica. Francorum origo, progressus, potentia & Religio. Francia duplex, Orientalis & Occidentalis.

dentalis, Quid vox Francus denotet. Veteres Germani Libertatis amantes. Unde vox Alt Fränckisch. Veterum Magnatum tituli. Quid voces baren / Wohlgebohren. R. in L. O. Germanis sæpè mutatur. Quid vox Pilgrim. Qvalis veterum Francorum lingua. Oratio Dominica & symb. Apost. in Francio idiomate. Cur Luna der Mond germ. in Masculino, & Sol die Sonne in Fœminino exprimatur. Unde Magdeburgi & Merseburgi nomen. Quid Pistricus der Püstrich & Jecha olim fuerit. Francohusa olim Bärenklau vocata. Rex Thuringiæ Ermenfridus à Francis oppressus. Castellum in vicino monte à Francis exstructum. An inde Oppidum nomen acceperit. Prima Salinarum & Oppidi origo & tempora circa nativitatem Christi referri posse videntur. Quo anno conflictus inter Cattos & Cheruscos acciderit. An salinæ nostræ occasione canis porcum in vestigantis sint repertæ. Traditio incerta ac Fabulosa videtur. Francohusam cum salinis simul cœpisse probabile est. Qvalis sub initium ejus forma fuerit ex Tacito præsumitur. Veterum Germanorum habitacula. Ad sylvas & fontes habitarunt. Unde vox Pagus, & appellationes Urbium & Pagorum. Quid vox Au e. g. Söldenau. Seculo VI. & Caroli M. tempore urbes extrui cœperunt. Ante salinas nostras repertas locus hic inhabitabilis fuisse videtur. De ejus incrementis. Cur & quando castellum in vicino monte exstructum. Salinæ à Francis ad Marchionis Misniæ, ab his ad Comites de Beuchlingen & porro ab his ad Schwartzburgenses tempore Güntheri, Comitis Schwartzburgici Imperatoris emtionis titulo pervenerunt. Harum respectu Cives Francohusani Allodiales sunt. Superior Francohusæ tractus vetustior inferiori videtur. Monasterium Francohusanum ubi olim situm fuerit. Filia Comitis de Beuchlingen Mechtildis & Anna ut virgines Vestales huic monasterio circa A. 1450. mancipatæ sunt. Hujus meminit Philippus Melanchthon epist. 9. ad Camerarium. Transitio ad Delineationem Actus oratorii. Invitatio. Votum metricum.





*Benevolo & Candido Lectori*

S. P. D.

M. Johannes Hoffmann.

**I**N oratione meâ auspicali *de Scholarum cum Salinis comparatione*, Lector benevole, ante biennium in lucem editâ, salinarum, inprimis Francohusanarum, antiquitatem ex Cornelio Tacito, egregio illo Germanarum rerum Illustratore nunquam Tacendo, nisi apodicticis, probabilibus saltem argumentis excutiendam promisi. Promissum cecidit in debitum, quod libenter citius solvissem, nisi concatenati labores scholastici, qui magis necessarij videbantur, debiti solutionem sufflaminâssent. Quandoquidem autem nuper unus ac alter meorum discipulorum in laudem Patriæ suæ Francohusæ, me daducho & duce, oratiunculas conscribere in animum induxerunt & Programma aliquod more solito abs me petierunt, honestis ipsorum petitis gratificaturus non ἀλλότρια me tractaturum puto, si hac vice fidem meam liberavero & in antiquitatem non oppidi hujus tantum, sed etiam salinarum paulò penitius, quantum fieri poterit, inquisivero. Equidem omnia loca ac monumenta, quæ aliquid antiquitatis promittere poterant, me hîc perreptâsse, non diffiteor, sed optatis meis penitus ferè excidit Monumentorum quidem & murorum a phronitro nimis exesorum rudera, quæ curiosius inspexi, omnemq; quasi lapidem movi, non nisi summam vetustatem loquantur, sed nec vola nec vestigium alicujus vetustioris inscriptionis apparuit. In Curia Grammatophylacio me aliquid reperturum sperabam, sed nihil reperi, nisi Rationes manuscriptas, nî fallor, ab anno 1536. quæ tamen in historicis suâ non carent utilitate. Temporum enim Martialium & Vulcaniorum injuriâ, inprimis tempore Seditionis rusticæ anno superioris seculi XXV. coortæ, cujus historię compendium programma nuperum exhibuit, plurima monumenta MSS. intercidisse ac periisse, ex Consulibus Seniore septuagenario,

viro integerrimo ac de patria Francohusa bene merito intellexi. De quo  
 tot monasteriorum Chronicis & antiquis Scriptis in dubiè refertorum  
 excidiò, conqveritur etiam Cyriacus Spangenberg chron. Mansfeld.  
 cap. 362. p. 428. Accedit Veterum Germanorum in annotandis rebus  
 gestis, incuria & socordia, de quâ Sebastianus Münsterus unâ cum aliis  
 Chronographis hinc inde conqveritur. Unde factum, quod præclarissima  
 non tantùm Germanorum gesta ignorentur, sed & plerarumq; Urbium  
 Origines certæ & indubitatae nos lateant. Hanc etiam movet qverelam  
 Dn. Caspar Sagittarius, S. S. Theol. D. in Salana hist. P. P. ac historio-  
 graphus Saxonicus Celeberrimus, de studiis olim meis Academicis meri-  
 tissimus, cap. 2. historiae Barde vicensis: Si ea, inqviens, quæ Græci &  
 Romani prolixè usi sunt, veteribus Germanis affulsisset felicitas, ut Scri-  
 ptores gestorum suorum nacti essent fidem, non tot antiquitates in tene-  
 bris sepultæ jacerent, nec tantò nobis opus esset sudore, si quanto Majorum  
 nostrorum facta ab interitu vindicare in animum inducimus. Sed  
 ea erat mens Heroibus Teutonicis, ut securi de ultimæ posteritatis judicio  
 fortibus factis suum ævum studerent illustrare; Suoq; honori consultum  
 putarent satis, si carminibus suorum Vatum celebrarentur.

Similem me legisse qverelam memini in quæstionibus Juris tam Ci-  
 vilis quàm Saxonici, Doctoris Petri Heigij, Professoris quondam Witte-  
 bergensis & Consiliarij Saxonici, quæstione 3. §. 3. Optandum esset in  
 Majoribus Saxonum, Francorum, Svevorum & Germanorum omnium  
 majorem literarum culturam & exercitium fuisse, ne interdum in rebus  
 à memoriâ avorum paulò remotioribus nobis necesse esset hariolari. Et  
 Fabricius in itin. argent. sic qverula voce canit:

*Nostri munera nunquàm*  
*Musarum, at duri tractârunt prælia Martis*  
*Nemoq; res scripsit, fecerunt fortiter omnes,*  
*Hinc tot facta Patrum, tantorumq; origo laborum,*  
*Tot veteres ritus lethæâ morte sepulti.*

Hæc de qverelâ etiam legi potest Chronicon Juliicum cap. 23.  
 p. 40. nec non Andreas Althamerus in Præfat. Comment. German. Ta-  
 citi. Romani suarum rerum tam studiosi fuerunt, ut nemo majorem in-  
 pensam ac operam illustrandæ patriæ contulerit. Nec Græci suas hi-  
 storias neglexerunt: multò minùs Hebræi. Et quid nos Germani adeò  
 habemus, præter peregrinas historias? Iniquum est, nos foris in alienis histo-

historiis videre; Domi in Germanicis rebus cæcutire. Latiales histo-  
rias novisse; patrias ignorasse. Pudor est, nos negligere res Germa-  
norum, & tacendo pati easdem intercideri; quas facili operâ possemus  
conservare. Majores & temporis iniquitatem accusamus; quod nulla  
sufficiencia ante actæ vitæ monumenta reliquerint. Sed cum nos in tam  
felicia secula inciderimus: Multò plùs culpabit nos posteritas, quod si-  
namus oscitantia, ne dicam socordia nostrâ, patrias res interire; quæ di-  
ligenti inquisitione ac operâ possemus conservare. Cum itaq; Cor-  
nelii Taciti ætate Germani fuerint rudes, ἀγνοοῦσι literarum bonarumq;  
artium ignari, ceu ipse Tacitus testatur, dicens: *Literarum secreta viri  
pariter ac femina ignorant*, hinc nemo illorum suæ gentis historiam lite-  
ris commendavit posteritati, non scripsere Annales, Fastos, Historias,  
Ephemerides, sicut penes Hebræos, Græcos & Latinos. Conjecturis ergo  
meris in oppidorum aliarumq; rerum germanicarum originibus investi-  
gandis plerumq; est innitendum. Vetustissimas autem in Germania dari  
urbes vel ante Christum natum exstructas valdè verosimile videtur, qua-  
rum tamen ædificia tam arctè, ut hodiè, non cohæserunt & turribus ac  
propugnaculis munitæ fuerunt, quippè quæ, teste incomparabili Conrin-  
gio, de Constitut. Episc. Germ. §. 5. Serius, potissimùm Caroli Magni &  
Heinrici Aucupis Imperatoris ævo cœperunt. Vid. chronicon Juliacum  
cap. 10. p. 30. Altham. Comment. German. p. 233. celeberrimus Kirch-  
majerus comment. in Taciti Germ. c. 16. p. 244. seq. Plurimi historio-  
graphi hodiè Augustam Trevirorum Trier antiquissimam habent, cujus  
nupera demolitio, quoad turres & propugnacula, meritò dolenda, vel  
lippis & consoribus nota est, & Salviani Sancti illius & raræ facundia  
Presbyteris Massiliensis, hebilis verba de lugendâ Trevirorum everfio-  
ne in libro de gubernatione Dei olim prolata, certo jam respectu hic non  
immeritò essent ingeminanda. In hæc rudera palatii operis stupendî à  
Constantino Imperatore olim exstructi adhuc conspiciuntur, quod in-  
star Babylonici muri ex octo latere factum & tantæ firmitatis creditur,  
ut nulla arte frangi queat. Utrum verò vis Gallica illud nuper etiam vi-  
cerit, me latet. Hujus Pallatii meminit etiam Ambrosius lib. 5. Ep. 27.  
*Cum pervenirem Treviros postridiè, processit ad Pallatium, Universam au-  
tem urbem versibus Elegantibus depinxit Ausonius in Mosella:*

*Armipotens dudum celebrari Gallia gestit,  
Treviricæq; urbis solium, quæ proxima Rheno  
Pacis ut in media gremio secura quiescit,*

*Impe-*

*Imperiūq; viros quod alit, quod vestit & armat.  
Lata per extantum pro currunt mœnia collem,  
Largus tranquillo perlabitur amne Mosella,  
Longinqua omnigena vestans commercia terra*

Ammianus c. 15. eam domicilium Principum clarum & Zosimus lib. 3.

πόλιν μείσθη τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἔθνων, appellat. Quod autem hujus Urbis antiquitatem attinet, non erit, opinor, ingratum Lectori, si pauca quædam αἰς ἐν παρῶν de eadem proposuero, præsertim cum hætenus hujus urbis in Relationibus publicis mentio facta sæpius fuerit. Wimpelingius in Epitoma Rerum Germ. c. 70. Sigebertus Gemblacensis in Chronographia ad annum 414. Marianus Scotus Chronicorum lib. 1. Engelhusius in Chronico, Crantzius metropol. lib. 8. cap. 5. Aventinus libr. 1. Annal. Bojor. Otto Episcopus Frisingensis libr. 1. Chron. c. 8. Conradus à Lichtenau Abbas Urspergensis, initio Chronici, Godofridus Viterbiensis lib. 5. Chron. part. 3. Joh. Nauclerus Volum. 1. Generat. XX. Æneas Sylvius in Germania cap. 11. Sebast. Münsterus Cosmographia l. 2. aliiq; natalem Trevirorum referunt ad Abrahami tempora, quam urbem à Nini filio Trebeta novercæ Semiramidis Sollicitationes fugiente conditam ac inde nomen accepisse autumant. Sed cum hoc nullo legitimæ antiquitatis suffultum sit testimonio, ab hodiernis Historiographis pro fabula habetur, quam etiam non admisit Billibaldus Pirckheimerus Divi Maximiliani I. olim consiliarius ac polyhistor clarissimus, in fragmento historico de Origine, antiquitate & everfione atq; instauratione Urbis Trevirensis, quod in volumine operum suorum à Melchiore Goldasto editorum comparet. Verba Ejus hinc adscribere non pigror: *Urbem Treverim à Trebera quondam Nini ac Semiramis filio conditam volunt: qui cum ab matre de stupro appellatus fuisset, illam fugiens, per Rhenum ac inde obrincum fluvium ingressus, loci amœnitate allectus, hic constitisse, urbemq; ex nomine suo erexisse fertur. Cesar verò ac veteres historiographi omnes, nullam civitatem illo appellant nomine, sed gentem universam Trevirorum vocant. Attamen eam urbem vetustissimam esse constat indicis variis, præcipuè verò adificiis antiquissimis, in quarum ruinis Romani adhuc cernuntur ac leguntur monumenta quamplurima. Ex his constat Treverim Gallia Belgicæ civitatem esse quidem antiquissimam, sed sine fundamento incunabula ejus ad Abrahami tempora referuntur. Interim Julii Cesaris ævo Treviros populos medio cretam habuisse metropolin, eamq; magis*

magis atque magis deinceps incrementa cepisse videtur verosimile. His itaque præmissis à scopo nostro fortè non abluentibus, ne tandem extra oleas divagari videar, Treveris nunc revertor ad pervetustam nostram Civitatem Francohusam, in cujus natales inquirere jam constitui. Antiquitas curiosæ posteritati benè consulisset & gratissimum fecisset nostrarum salinarum si primam ætatem, & quâ occasione inventæ sint, monumentis vel æneis vel lapideis Septentrionalium more incidisset. Cum verò id non factum, operam navaturi sumus, quâ ratione imprimam hujus Urbis salinarumque originem inquirere valeamus. Ante omnia verò salinarum antiquitas erit excutienda, quò factò & oppidi hujus ætas facillè innotescet. Etenim has salinas in usu constitutas nunquam inhabitabiles & incultas fuisse valdè est credibile. Unde verò testimonia petamus, quibus earum originem stabiliamus? Cum nihil vestigil hac in re Majores nostri reliquerint, antiquissimus ille ac fidissimus rerum Germanarum Scriptor Cornelius Tacitus supra laudatus erit consulendus, cui Albertus Cranzius hoc elogij attribuit: *Ego, inqviens, Ptolomæum & Tacitum præfero, testes, ut credo omni exceptione majores: Utinamq; tam nostri fuissent vigiles in sua, quam fuit Tacitus in alienâ regione describenda. Germaniam enim diligentissimè pervagatus descripsit, in Ejus gentis laudes plura testatus, quàm nullus ausit Germanus super Congentilibus suis. Et vocant Eum Itali verso nomine loqvacem, credo quia nimis illis visus sit, & profusor, quàm mallent, in laudem Germanorum, quos vocant illi Barbaros. Hujus Taciti Tacitus Imperator non tam ob nominis affinitatem, quam rerum memorabilium ubertatem ad eò amans fuisse dicitur, ut decies quotannis descripti eum & in omnibus Bibliothecis reponi juberet, ut refert Vopiscus in Tacito Imp. 10. Egreglum ejus elogium etiam vid. apud Dom. Baudlum cent. 1. ep. 88. Ut igitur ille aureis suis scriptis de Germania præclare meritus est, potissimumque eidem omnia in acceptis referenda sunt, si quid Antiquitatis Germanicæ nobis hodie relictum est: Ita etiam Salinarum quarundam his in oris suo ævo jamtùm non ignotarum Annali XIII. circa finem meminit, ob quas inter Cheruscos, vel ut alii legunt, Hermunduros, certamen magnum extiterit, cujus verba hic inserere non pigrabor. Eadem æstate inter Cheruscos (Hermundros) Catosq; certatum magno prælio, dum flumen gignendo sale fœcundum, & conterminum, vi trahunt; super libidinem cuncta armis agendi, religione insitâ, eos maxime locos propinquare Cælo, precesq; mortu-*

B

morta-

*mortalium à Deis nusquam propius audiri. Inde indulgentia Numinum illo in  
anne illisq; sylvis sale provenire.* Hæc allata Taciti verba multi quos in-  
ter D. Matthias Unzerus Physiol. Salis cap. 13. p. 47. ac Autor Chronici  
Mersburgensis est, à quibus tamen D. Frid. Hondorff in Haliographia Sa-  
linarum Halensium c. 2. videtur recedere, accommodant ad Salinas Ha-  
lenses in Saxonia; sed quod de Francohusanis intelligi possint, haud ob-  
scura subsunt indicia. Quapropter ut genuinum horum verborum sensum  
enucleemus, singula ut pondus habent, ita expositione indigent. Ante om-  
nia dispiciendum hic venit, quid, (1) de variâ lectione hic sit sentien-  
dum; (2) quoniam hi populi, Hermundri, Cherusci & Catti fuerint; & quid  
(3) per flumen sale fœcundum & *conterminum* intelligatur. De singulis  
pauca. Primum quod attinet, diversam in loco Taciti allegato lectionem  
se exhibere, non ignotum est. Pleriq; Codices hodiè legunt, certamen  
fuisse Cattis cum Hermundris; quod casu nonnunquam contingit, ut  
hoc vel illud exemplar sequantur pleraque alia, sunt tamen, qui legunt  
inter Cheruscos Cattosq; certamen hoc intercessisse. Hanc lectionem  
sequitur PHILIPPUS MELANCHTHON PHILOMELA illa Germaniæ in  
Chronico suo lib. 3. p. m. 5. à cujus autoritate non temerè recedendum  
existimo, & huic asserto inclinatur etiam supra laudatus Petrus Heigius,  
Juris-Consultus celeberrimus, quæst. 14. p. 203. n. 27. aliiq;. Utrum ve-  
rò casu, an studio contigerit, ut pro Cheruscis *Hermunduri* legerint,  
aliis dejudicandum relinquo. Equidem diligenti codicum imprimis ve-  
terum collatione adhibitisque commentariis hic opus esse censeo, quâ  
etiam non superfedissem, si in Exemplaribus hic impetrandis votorum  
damnari potuissem. Interim Melanchthoniana lectio præferenda vi-  
detur, quod tamen cum Pace Criticorum celeberrimorum, qui Hermun-  
duriam lectionem hætenus secuti sunt, dictum velim. Hanc fortè le-  
ctionem, quod pro salinis Halensibus in Saxonia, utpotè præ Francohu-  
sanis ob loci famam & sedem Episcopalem longè splendidioribus, ma-  
gis faciat, olim irrepsisse non videtur improbabile. Cui sententiæ plus  
roboris allatum iri autumo, si (2) antiquam Hermundurorum, Catto-  
rum & Cheruscorum sedem & situm penitus paulò intueamur. Her-  
munduri, vel ut alii legunt Hermanduri, quasi *Erdmänner* / quod H. r-  
minomibus (*denen Erd- oder Mittel- Ländern*) accensentur, vel *Heer-  
männer* ab fortitudinem militarem dicti videntur. Ultimus enim no-  
minis *Männer* Romani quasi *Mänder* & *Munder* pro more illo, quo  
plura

plura ex Germanico idiomate corruerunt vocabula, pronuntiârunt;  
 Quemadmodum & terram *Herthum*, quæ *Erd* erat, *Hermannum* *Ar-*  
*minium*, *Ebrenvestum*, *Ariovistum* (unde Titulus *Ehrenvest* / vid. incom-  
 parabilis noster *Fritschius* *Θάρμα ηγ) ὄμυα Σοφῶν*, Tractat. de *Gün-*  
*thero Svartzb. Imperatore* §. 4.) *Hassos*, *Cattos* aliosque aliter appella-  
 vère. Hos *Hermunduros* *Taciti* ævo ultra *Salam* fluvium sedem habuisse,  
 (ubi hodie est *Misnia* & urbes *Pyrna*, *Chemnitium*, *Misena*, *Zvvikavia*,  
*Freiberga*, *Altenburgum*, *Lipsia* &c. teste *Althamero* c. l. p. 477. &  
*Kirchmajero* citato libro c. 41. p. 411. Quamquam alii *Silesiam* *Hermun-*  
*duris* quoque adjungant, ut ita *Hungaris* fuerint vicini,) *Salam*que  
 terminum eorum occidentalem fuisse testatur *Cluverius* *Geogr.* lib. 3.  
 cap. 3. §. 2. p. 186. *Andreas Althamer.* c. l. p. m. 361. & *Cyriac. Span-*  
*genberg* in *Chron. Mansfeldens.* cap. 13. p. m. 13. *Catti* ceu *Hassi* autem,  
 si *Geographos* consulamus, circa *Visurgim* die *Weser* oder *Werre* collo-  
 cantur, ubi nunc *Hasfia*, fueruntque *Thuringorum* vicini, vid. *Joh. Buno*,  
 de *Republ. literariâ* meritissimus in *Cluverium* c. l. nec non *Chappazo-*  
*vius* im jetzt lebenden *Europa* parte III. pm. 123. seqq. *Cherusci* (Vulgò  
*Hercynij* die *Härger* à *sylvâ* *resinosâ* & *piciferâ*, vel, ut alij, ab *Hercule*  
*Germanis* olim culto, vel juxta alios, à Gr. *ἑρκος* circuitus, septum, quod  
*Germaniam* septiat, sic dicti,) tenuerunt bonam Partem *Thuringorum*,  
 ubi nunc *Stolberg* / *Schwarzburg* / *Mansfeld* &c. teste *Melanchthone*  
 declamat. Tom. 4. de *salinis saxonicis*, *Altham.* c. l. p. m. 312. & *Span-*  
*genberg* c. l. adeoque *Thuringiam* si non totam, septentrionalem tamen  
 ad *Hercyniam* tenuerunt, vid. *Buno* ad *Cluver.* c. l. & partem *Thuringiæ*  
*Cheruscis* concedit etiam ipse laudatus *Kirchmajerus* citato libro cap.  
 26. p. m. 379. qui nobis alias hic est adversus. Hinc liquet *Cheruscos*  
*Cattis* fuisse vicinos, vid. *Christoph. Lehmann* *Chron. Spirens.* libr. 1.  
 cap. 14. non *Hermunduros*, utpote quorum termini, ceu dictum, ultra  
*Salam* fixi, *Cherusci* quippe inter *Cattos* & *Hermunduros* interjecti.  
 Vid. *Lexicon Fabri* in voce *Cherusci*. *Oratoris illius Lipsiensis celeberrimi*  
*Thomasij* verè *Θαυμασιῶς* curâ & censurâ paucos ante annos denuò in  
 lucem expositum. *Tacitus* autem scribit, flumen hoc sale fœcundum,  
 seu fontem salis, fuisse *conterminum*. Quomodo autem *conterminum*, si  
 tam longissima ac remotissima loci inter capedo intercesserit? & ponamus,  
*Cattos* tenuisse per id temporis partem aliquam *Thuringiæ*, fuerit  
 tamen ea meridionalis & vicina non *Hermunduris*, sed *Variscis*, (seu

juxta Latinos Scriptores Nariscis, juxta Cluverium à Nabo fluvio, ex monte pinifero unà cum Mœno-Egra & Salâ scaturiente, die Nabischen corruptoque à Romanis nomine quasi Narischen sic dictis, vel ut juxta *ἑαρισὶ* Ptolomæum T in K abeunte, *βαρισκοὶ* Varisci die Botländer dicuntur,) imò Tacitus de mor. Germ. cap. 6. expressè ait, juxta Hermunduros Nariscos seu Variscos agere, ergò non Cattos. Nec berè à Cluverio juxta Kirchmaieri sententiam d. l. cap. 41. Voitlandia tribuitur Hermunduris. Quin largiamur Hermunduros meridionales Thuringiam attigisse; Inde tamen non conficitur, Salinas Halenses Cattis fuisse conterminas, sitas nimirum in Hermunduris septentrionalibus, qui Cheruscis, non Cattis contermini fuerunt, ceu ante ad oculos demonstravimus. Nec officit, quod Cattis Thuringiam tribuant Cluverius, Kirchmaierus & alii. Malè enim Cluverius Cheruscos tenuisse agros Brunsvicenses & Lunenburgenses statuit, cum possederint eas partes, ubi nunc est Thuringia & Voitlandia ad Albim usque vid. Buno ad Cluver. lib. 3. cap. 3. n. 2. Sic Cheruscos à Svevis (quorum gentes sunt Hermunduri vid. Althamer. d. l. p. 476.) distinctos & defensos per Sylvam Bacenim, ait Cæsar belli Gallici lib. 6. cap. 25. Toringicum & Hartonem ne mora *Thüringer- und Harz-Wald* Altham. d. l. p. 312. seq. (De sylva Baceni seu semana, ut à Ptolomæo vocatur, vid. Heorthographia B. M. Wilkii Gymnas. Goth. quondam Rect. celeberrimi part. post. fest. 12, p. 406. paucos ante annos ab Ejus Progen ero Dn. *Georgio Hesso* venerando Nestore. ejusd. Gymnas. hodiè Rector. dudum meritissimè, ex cujus dono aureum libellum possideo, in lucem edita, pro quo optimo Viro hætenus valetudinario eadem vota, quæ olim laudatus Wilkii pro Taubmanno etim valetudinario (vid. laudati lib. part. prior. p. 347.) fudit, ingemino: *Plura de tanto viro, ne quid auribus ejus dare videar, quamvis poteram non addo sed publica hac devotione valetudinem ejus, quæ hætenus admodum imbecillis, Deo deprecor, ut superstitius diutius, quam fuit, Rei Literaria possit!*) Quomodo ergò Catti, gens à Cheruscis distincta & inimica ad Salam? Etsi autem Kirchmajerus paulò aliter, Cattis Thuringiam tribuens, non tamen aliam, quàm meridionalem, quæ contermina Variscis, non Hermunduris, ut dictum; si non de temporibus post Tacitum loquatur. His itaque præmissis, non adeò obscurum esse puto, quidnam (3) per *flumen Sale fecundum & Conterminum* hîc intelligatur. Plures Tacitum hallucinationis hîc arguere non ignoro, ex ipsorum hypothese putantes, eum  
ad flu-



ad flumen salæ ex monte Pinifero (der Sichtelberg) in finibus palatinatus superioris & Bohemiæ prolabentis & in Saxonia non procul ab oppido Calba in Albim se effundentis alluisse, quos inter etiam est Justus Lipsius ad hunc Taciti locum ita commentantis: *non abborret certè à fide, ut hoc flumen Sala fuerit: Argumento vel nominis ipso. Flumen nobile mihi carum: Domicilij olim causâ &c.* quid his intendat verbis, Oedipo non opus esse arbitror. Quotus enim quisque est, qui ignoret, quod olim Professoris Publici munus circa A. 1573. in Salanâ gesserit, cujus Icon unâ cum cane appicto in Bibliotheca Academica adhuc hodiè oculos incurrit, quicquid dicant, qui fateri notant. Sic ipse in super Cent. 2. epist. 38. p. 155. ad Mattheum Dresserum: *Et verò jam pridem inter nos cognovimus, cum in Germania vestra aliquamdiu Jena agerem Et ad meliores artes præ irem juventuti;* nec negare potest Aubertus Miræus, vita ejusdem p. 117. vid. B. M. Hadriani Baieri, Archidiaconi Jenensis Architectum Jenensem cap. 55. p. 684. de Lipsio memorabilia leguntur in deliciis historicis Dni. M. Jacobi Danielis Ernesti Lycæi Altenburg. Rect. ob multam lectionem, & indefessam selectionem Historiarum collectionem meritò in deliciis habendi, colloq. 58. p. 970. Hæc Taciti & Lipsii verba Cluverio Germ. Antiq. lib. 3. c. 49. aliisque citra dubium occasionem præbuisse lariosor, quod idè Salam à salè denominatum censuerint, quia Salinas Halenses præterfluit. Vid. Utilissimus laudatissimi nostri Fritschij Tractat. de Regali salinarum jure c. 1. §. 1. Verùm enim verò hæc Etymologia valdè incerta & lubrica videtur. Salam enim Ptolomæo Σάλας dictum Salinis Halensibus longè vetustiore imò fortè post diluvium exortum esse & nomine suo non caruisse, non inepta fortè videtur est opinio. Huc facit quod quidem Salam à Salah Gen. X. 24. dictum velint, de quo infra. Pleraque insuper flumina plerumque à loco, ubi oriuntur, vel ab aliquâ insitâ proprietate nomen accepisse, in Vulgus notum est. Sic Albim quidam ab albo colore, vel etiam, quæ derivatio doctis magis placet, ab *Elisse* (quod Albi Elb ex undecim fonticulis diversis exortus tandem unum efficiat fluvium,) dictum volunt. Sic Danubium Donau alij à sono aquarum *von dôhnen* alij à loco *Abnaua*, portione nemoris Hercynij, quasi Diabnou, derivant. Plurimas quidem Urbes à præterlabentibus fluviis, sed rarissimè fluvij ab Urbibus denominari notum est. Fluvios enim celebriores Urbibus omnibus longè vetustiores esse, ceu ante monuimus nemo fortè in dubium vocabit. Hinc amnes, adeoque etiam Salam, ante

conditas Urbes, nisi omnes, tamen plerosque sua habuisse nomina facile adducor, ut credam, vel saltim ex eâ ratione, quod plures antiquissimam sapiant linguam apud veteres Germanos usitatam. Hodierni Philologi improbant nimiam illorum curam, qui omnium vocabulorum Etymon ex aliis etiam lingvis, deprehensâ aliquâ convenientiâ, quod sæpius instantâ linguarum & vocabulorum copiâ casu accidit, exsculpere conantur, cum à vocum similitudine ad originationem non valeat consequentia, vid. Kirchmajeri Disputatio de linguæ Teutonicæ ætatibus, ætate primâ §. 6. Quid absurdi esset, si quis etiam Salam ex prima impositione citra allusionem sic appellatum statueret? Si quis tamen mallet derivationi inclinare, quid quæso obstaret, si Salam à saliendo, quod ex monte pinifero, de quo suprâ, saliat, & quod plurimis in locis inter salicetum per Thuringiâ defluat derivares. Huic sententiæ aliquid roboris fortè accedit, quod verbum *salire* sæpius de fluviis dicatur. Sic Svetonius in Aug. c. 87. Aquas vocat *Salientes*, & apud Virg. Eclog. 5. v. 47. *Rivo saliente sitis vestigii* dicitur, & Vitruvius siphunculos vocat *salientes*. Et eandem appellationis rationem reliqua etiam flumina Salæ nomen habentia, qualia juxta Geographos in Westphalia Hispania & Mauritania dantur, fortè obtinuisse arbitror, non autem à Salinis, quales ibi dari anceps hæreo. Utrum etiam ab *Isala*, antiquitus Sal appellatus, nomen forsitan adeptus sit, de quo Cluverius lib. 3. German. antiq. c. 17. aliis indagandum committo. Taceo quod quidam hunc fluvium Salam à *Salab*, cujus mentio fit. Genes. X. 24. dictum velint. Ex his apparet, sine merito hunc errorem Tacito, gravissimo ac fidissimo Scriptori ut opinor, affingi quod Salem ex flumine salæ confici, & inde nomen accepisse putaverit. Siquidem ejusmodi angustiores fluvii sali gignendo sunt apti minimè. Tacitum enim ut totius Germaniæ; sic & fluminum imprimis celebriorum, quos inter Sala, apprimè gnarum fuisse, scripta sua satis superque testantur. Quomodo autem in evidentiores Germaniæ cognitionem venerit, paucis significabo. Ex veterum monumentis constat, Romanos rerum Dominos, omnium Regionum populorumque situm & Chorographiam per Legatos suos descripsisse easque tabulas Romæ conservasse: Unde Docti cognoscere potuerunt, quò terrarum spatiò qualibet gens habitaret & quibus contermina. Qualem Germaniæ Chorographiam haud dubiè viderunt Plinius. Secundus, Svetonius Tranquillus, Livius, Pomponius Mela, Florus: Et è Græcis Strabo, Ptolomæus, ac alii Geographi,

phi, ex quibus Tabulis sua composuerunt commentaria. Hos quoque Tacitum nostrum usurpasse & multum cognitionis de Germania ex illis hausisse, quis dubitaret? Accedit quod & ipse Belgicam Galliam, quæ postea majori ex parte Germaniæ accessit, peragraverit, & sub Vespasiano in ipsa Germania militaverit, magnamque ejus partem perlustrando non tantum auritus testis factus sit, sed etiam oculatus, ceu ex suis scriptis non obscure conjicitur. Vid. Altham. cit. lib. p. 2. Unde Tacitum, ut Historicum accuratissimum, haud perfunctoriam ut Germaniæ, ita & fluviorum, cognitionem habuisse, ad oculum patet. Nec huic Taciti explicationi obstare videtur, quod hic non dicatur *fons salis* sed *flumen* quæ vox plerumque de *fluentibus aquis*, ut *Wipera*, *Unstrutâm*, *Sala*, *Albi* accipitur; Sed respondemus, quod vocabulum *flumen*, Vi Ety- mi sæpè etiam *generaliter* sumatur, pro eo quod fluit, sive rivus, sive fons sit. Et sic vocabulum *flumen* h. l. explicat ipse Philippus Melancthon Chron. Car. lib. 3. pm. 5. Et quid salinæ imprimis nostræ aliud sunt, quàm amnis & flumen copiosissimum, quod per nates terræ tempore Taciti fortè aperta quasi fluit, & tandem magnâ cum vehementiâ in suo puteo triginta & sex ulnas profundo ebullit ac pro fluit. Ponamus etiam Tacitum ex errore Salam intellexisse; inde tamen non sequitur, quod præcisè Halenses Salinas intellexerit, cum Sala ceu fluvius celebrior non adeo à nostratibus remotus videatur. Insuper sciendum est, quod trium Salis fontium in vicinia popolorum à Tacito hic introductorum potissimum Historici meminerint, videlicet Halensium in Saxonia, Francohusanarum in Thuringia septentrionali, & Allendorfsium ad Visurgim in Hassia: Nunc autem Allendorfsenses, ut nonnulli quidem volunt, non potuisse hic intelligi, inde constat, quod non Cheruscis, multò minus Hermunduris fuerint contermini, & quod Catti Cheruscis ob Salinas, suo quidem cum damno, bellum intulerint, siquidem teste Tacito c. l. bellum hoc Cattis exitio fuerit. Cui sententiæ etiam subscribit Heigius c. l. Accedit quod nihil certi ex historiis habeamus, utrum eò tempore Allendorfsenses salinæ extiterint. Denique cum Catti hujus certaminis tubæ facesque fuerint, de propriis salinis quæ potuerint cum Cheruscis certare non video. Ad Halenses hinc salinas Tacitum alluisse, plurimi quidem sibi persuasum habent, sed ex ante dictis satis constare puto, quod vix illas intenderit, quippè qui expressè ait *flumen sale facundum*, seu fontem salis, fuisse *Cattis & eorum hostibus conterminum*.

Halens-

Halenses autem fontes Cattis non sunt contermini, quippe interjectis Cheruscis & Salâ fluvio. Nec tam Hermunduri Cattis vicini fuere, quàm Cherusci, ut anteprolixè probatum dedimus. Atq; in hac opinione confirmor eò magis, quod Tacitus in singulari, de uno fonte salis fuisse certatum, loquatur; *Calis* autem Saxonum, ut notum, quatuor sunt, nempe *der deutsche Born/ gut Jahr/ Meteris/ und Hackeborn*. Imò nostrum assertum *non parum* major es adhuc acquirat vires, quod Tacitus Annali XII. p. m. 271. occasionem quasi hujus certaminis aperturus narret Cheruscis cum Cattis æternùm discordasse & dissidia fovisse ob vicinitatem, & quod forsan non caret probabilitate, ob *salinas conterminas*, quæ tandem in certamen potuerunt erumpere, de quo Annali XIII. agit, & quia Catti, ut Buno ad Cluver. Geograph. lib. 3. cap. 3. m. 5. observat, postea *Franci* i. e. liberi & libertatis propugnatores, dicti sunt, à quibus Francoberga in Cassia nomen adhuc retinet, fieri potuit, ut Salinas tandem Cheruscis ademerint, locumq; Francohusam appellaverint, quæ sententia licet non immotâ certitudinis basi, conjectura tamen fortè non contemnendâ, innititur. Et si quid conjecturis tribuendum est, non adeo à vero abesse crederem, si quis juxta opinionem supra allatam hos Francos à Salinis Francohusanis insecutus temporibus *Salios* dictos esse affirmaret, quos ita Claudianus in carmine ad Stilliconem salutat, quancquam alij aliter eos nempe vel à *Salâ* fluvio, vel à *Salagasto*, (inter quos sunt Trittenheimius & Abbas Spanheimensis,) appellatos velint. Quæ opinione stante staret etiam Alciati sententia, qui à Francis *Salis legem salicam* originem trahere affirmat, quæ mulieres è successione arcet, ne per connubia & affinitatis peregrini ad regni successionem sibi aditum faciant, juxta illud: *Lilia non nent*. Sic enim verba Legis tit. LXII. p. m. 33. sonant: *De terra Salicâ nulla portio hereditatis mulieri veniat: sed ad Virilem sexum tota terra hereditas perveniat*. Conf. Bernegg. ad Sveton. Cæs. c. 22. Dantur adhuc aliæ leges salicæ, Francicæ in libro de originibus ac germanicis Antiquitatibus extantes, quas superioris seculi anno 58. ex pervetusto & corruptâ latinitate pleno manuscripto, teste Autore vel octingentos annos excedente, typis excudi curavit Basilius Johannes Heroldus, quo in libro lex citata c. I. reperitur.

Ab his etiam Salis Imperator Conradus *Salicus*, quod Francico stemmati suos debebat natales, dictus videtur. Sed hanc opinionem conjecturæ loco allatam volo, imò Conringi de Orig. Juris German. c. VII.  
**plura**

p. 33. Effatum hac in re jam facio quoque meum: *Non tamen significationem hujus appellationis ausim docere: imò ignorari illam abs me, ultro fateor.* Ubi plurade Lege Salica legi possunt. Nunc autem pro chartæ spatio de Francorum origine, à quibus Francohusa nostra, quoad primam compositionis partem, nomen adeptæ, & ob id à Georgio Fabricio Epicharmo illo misnensi celeberrimo *antiqua Francorum sedes* appellata est, in medium proferre non superederem, nisi illò labore plurimi Historiographi me sublevassent. Interim cum eos evolvere plurimis non sit integrum, curioso Lectori brevissimum verborum compendium satis faciat, Franci, primam si inquirimus originem, ex Chronicorum relatione non à Trojanis, sed ex Scythia sunt oriundi, quam diu ante Christum natum incoluerunt. A Gothis verò expulsi illius terræ tractum juxta Rhenum, à Regina suâ, ut Münsterus Cosmographia l. 3. cap. 386. pm. 918. refert, *Sicambria* nominatus, occuparunt, unde *Sicambri* (fortè quasi *Sieges-Kämpffer*) appellati. Cum ibi per annos bene multos habitassent, circa annum 24. post natum Christum Ducem nacti sunt optimum nomine Francum, in cujus gratiam se quoque Francos appellarunt, ex quo in hunc usque diem hoc nomen retinetur. Postmodum ulterius progressi eam quoque terram, quam hodiè *Franconiam* appellamus, obtinuerunt. Rheno itaque superato Belgisq; in potestatem redactis, omnes ferè Gallicas vires attrivere, ut jam non Gallia, sed & superior Germania à Francis illis *Francia* seu *Franconia* dicta sit. vid. Spigelius ad lib. 7. poematum Güntheri p. p. 383. Buno in Georg. Cluver. l. 3. c. 3. p. 188. sic de eis scribit: *Galliæ, Claudij, & Probi imperatorum Romanorum temporibus innotuerunt primùm Franci: Et ex eo tempore perpetuum cum Romanis gesserunt bellum, donec omni potirentur Galliã.* Huc facti quod supra laudatus Pirckheimerus in *Descript. Germ.* p. 346. affert: *A Sicambri ortum sumserunt Franci, & sub Octaviano Cesare, pars in citeriorem Rheni ripam translata est; qui verò remanserunt, posteriori tempore, Franci sunt dicti, & eam occuparunt terram, quæ hodiè appellatur Franconia, seu Francia orientalis: unde per Francofordiam, Trajectum Francorum, Galliam invaserunt, quam & hodiè tenent. Nagentur Gallici Scriptores quicquid velint, de Trojana Gentis origine, & civitate illâ magnâ Sycambria adpellata, meris mendaciis constructa: Omnia enim illa fabulosa existunt.* Aliosquidem aliter sentire non ignoro, statuentes quod hi Franci origine & natione fuerint Germani, qui ex locis Germaniæ circa Hercyniam Sylvam siti, quamprimum potuerunt, excusso Romanorum jugo trans Rhenum migrarunt & acceptâ

C

acceptâ

acceptâ *Francorum* i. e. liberorum appellatione Romanos de Galliâ possessione deturbarunt. Confirmant hanc opinionem ex lingvâ Germanicâ vestigiis in Lege Salica, in Oratione Domin. & Symbolo Apostol. Francica lingua expresso & infra allato, animadversis. Lex Salica licet à Francis, cum suâ lingvæ voces vel literis exprimere ne scirent, vel characteribus propriis destituerentur, ut censet Conring. de Orig. Jur. Germ. c. 2. p. m. 3. Romanâ lingvâ conscripta; multa tamē vocabula quæ Latinis verbis reddi non poterant vernacula lingua Latin. servatâ terminatione expressa exhibet: Vid. D.D. Joh. Christfr. Sagittarij, Theol. dudum celeberrimi & de universa Christi Ecclesia meritissimi, Superint. Altenb. General. Otio Jenensi Disput. XXII. §. 4. p. m. 620. De nominis significatione *συλλήβδον* quidem nunc quædam proferenda statuo. Hæc vox nihil aliud quàm *immunitatem ac libertatem* importat. Hinc Italicum *Francò* & Gallicum *franquiren* de literis emtione solutis & liberatis dicitur. Teste enim Tacito c. 1. p. m. 661. de Germ. Regibus Germaniæ non fuit infinita aut libera potestas, quæ consistebat magis in suadendo quàm imperando. Hinc Lehmanni verba in Chronico Spirensi à vero non aberrant, inquis: *Mit solcher und dergleichen Herrschafft (quemadmodum Orientales solent) haben sich die Teutschen und fast ins Gemein alle Völkler in Europa niemals beladen/ noch ihren Königen freue vollkommene ungemessene Gewalt zu regieren verstattet/ &c.* quod idem jure etiam ad sequentia Francorum Regum Imperatorumq; tempora extendit laudatus Lehmannus. Abhorrebant itaq; Majores nostri à Servitutis jugo & sic vitam & libertatem pari ambulare passu credentes nomen & omen habere gestiebant. Hinc à multis retrò seculis omnes Christianæ fidei in Europa confessores *Alfranges*, ab Asiaticis & Africanis, referente Leundav, in Onomast. Turc. lib. 1. appellantur. Hic non incongruè Procopii, (qui Scriba & Cancellarius Belisarij tempore Justiniani Imper. circa A. C. 530. claruit,) verba allegari posse reor ex lib. 1. Gothorum: *οι δε Φεράγχοι Γερμανοι μη τὸ παλαιὸν ἀνομαζοντο.* Inde etiam illud, quod jam pridem usu receptum est, vocare solemus: *das ist Altfränckisch.* Hæc etiam causa est, cur Germani, ut refert Olearius in Hodographia Persicâ à Persis *Frenki*, & Lusitani à Sinensibus *Falancki* h. e. Franki, (carent enim literâ R. Sinenses,) ut Georgius Hornius lib. 1. de Origg. American. c. 7. observat, salutentur, (quam raram materiam in eruditissimâ disp. de Origg. American. anno 1669. in Acad. Lipi. elaboravit quoq;

Theo-

Theologus pientissimus & celeberrimus Dn. Joh. Henricus Horbius, Antistes Windsheimensis, Fautor noster non ultimus.) Sed circa vocabulū Falanki succurrit mihi veterum Germanorum Scriptio, qv̄i literam R sapè in L. mutare soliti sunt, ceu celeberrimus Juris Consultus Dn. Huldéricus Eyben / olim Juliæ P. P. hodiè verò cameræ imperialis Spiræ Assessor eminentissimus, in tractatu de Titulo Nobilis, in Addendis ad §. 2. p. 90. observat, dicens, qv̄od literas *M S S.* de Anno 1325. legerit, in qv̄ibus non tantū Johannes Dux Brunsvicensis, sed & fratres ejus Ernestus & Wilhelmus, *Erbare und Ehrsame Vorsten* tituli loco appellentur. (O quantum ab hoc tituli hodierni sunt mutati!) Et in iisdem etiam literis se invenisse hunc titulum ait: *der Elendhaffrige Mann oder Ritter*; Cui similis iste in *Heldenbuch* p. 2. dem *Elendreichen* seu *Eilendrichen Baren* (i. e. filio seu nato, convenit Chaldaico *בן* filius, unde fortè Baro & titulus *Geborn / Wohlgeborn*) qv̄æ verba virum miserrimum vertit Dn. Harßdörffer disqv̄isit. II. Specim. Phil. Germ. §. 8. Sed titulus contumeliosus potius, qv̄am honorificus, stante hac interpretatione, habendus esset. Sed qv̄ia mutatio R. in L. in lingua Teutonicâ non est infreqvens, qv̄od videmus in sequentibus, ubi pro Cyriacus Cyliacus, pro *Brocksberg Blocksberg* / pro *Pergrim Pelgrim* seu *Pilgrim* (ex *Adjectio* peregrinus) vulgo pronunciat; hinc eadem literæ transpositio occurrere videtur in allato titulo, & *Elendhaffrige* / idem est ac *Ehrenhaffrige / Elendreiche Ehrenreiche* / sed hæc *ὡς ἐν παλαιῶν*. De Francorum potentia si differere jam animus ferret, prolixitati nimium indulgerem, qv̄apropter ne Lectori benevolo fastidium creare videar, eam, quantum fieri poterit, evitaturus nihil amplius proferam, nisi tritum illud proverbium Ab Eginardo Carolo M. familiari & Scriba jurato citatum: *Τὸν Φερίγνωτον Φίλον ἔχης, γείτονα δὲ ἔχης*, Francum amicum habeas, vicinum non habeas. Ab his Francis non tantum Franconia orientalis, *Francensland* / & Occidentalis, olim Gallia, hodiè *Franchreich* dicta; sed & pluræ urbes, quas inter & nostra *Franchusa*, inde nomen accepisse in aprico est. Si porro de Francorum priscorum linguâ qv̄â usi sunt, etiam aliqv̄ld, breviter tamen, in medium pro tussero, à proposito me non aberraturum reor. Hæc olim propter ruditatem in edictis publicandis ante Friderici II. Imper. (qv̄i Acad. Viennens. anno 1237. fundavit,) tempora non fuit adhibita sed Latina tantummodò; post Ejus verò ætatem demum cœpit, ubi paulò erat cultior & politior. Qv̄am rudis enim indigestaq; olim ea fuerit, oratio

Dominica ex Latinâ in Francicam linguam tempore Ludovici Germaniæ  
 Regis A. 870. per Notkerum Abbatem S. Gallij translata, comprobatur,  
 quam hic in gratiam curiosi Lectoris inserere non gravabor: *Fater unser:*  
*du in Himmele bist: din namo werd gebeitigott: din Riche chome: din wille*  
*geskebe in Erdo also in Himmele: Unser tagolicha Brot kib uns hiuto: Unde un-*  
*sere sculde belazuns, als auch wir belazend unseren Sculdigen: und in cho-*  
*runga nit leitest da unsich: Nun belose unsich fone Ubele.* Confer Lehman-  
 num in Chron. Spirens. lib. 2. c. 45. ubi aliis quidem verbis paulò mutatis  
 eadem tamen ruditate Oratio Dominica exprimitur. In eodem idioma-  
 te, quò ante Oratio Dominica, & Symbolum Apostolicum eodem tem-  
 pore scriptum, reperitur, quod forte Lectori lectu non erit ingratum, si  
 illud adjecero: *Ich keloubo an Gott allmechtigen Fater Skesen Himmels und*  
*Erdo. Und an sinem Son Jesum Christum einigen unsern Herren: der vone de-*  
*me heiligen Geiste infangen vward: vone Maria der Magede geborn vward.*  
*Kenothafft vward pi Pontio Pilato: unde hi imo an Cruce gestachtet: Ihr*  
*starb, unde begraben wart: Ze bello fuor: an deme dritten tage vone tode*  
*erstuont, ze himmele fuor da sizet ze Gottes Zesunne des allmechtigen Fater*  
*danna kunstiger ze ir teilne die er danna findet, lebende alde tote: Keloubo*  
*an den heiligen Geist: Keloubo heiliga die allelichem gesammenunga: Keloubo*  
*ze habene der heiligum gmeinsame: Keloube belazung unser sunde: Keloubo*  
*des Fleiskes urstende: Keloubo ewigen lib. Amen.* Eandem ferè dialectum  
 vid. apud Conring. in Capitulari Caroli M. p. 348. quâ vix ullum antiqui-  
 tatis Germanicæ monumentum vetustius extare censet Conringius, quip-  
 pe quod annos DCCC. superet. Quod autem veterum Teutonum  
 Religionem attinet de illa sciendum est, quod ante Caroli tempora gen-  
 tili idolo latriæ ubique operam dederint. Hinc Reges ut Deos coluerunt,  
 ac indefactum, quod à Manno primo Germaniæ Rege Lunam den Mond  
 in Masculino & Sunam die Sonne in Fœminino expresserint. Inter alios  
 Deos ac Deas coluerunt *Martem*, à quo & Martisburgum nomen accepit,  
 Vi de Chron. Merseburgensel. l. c. 6. (quamquam aliis illa rectius à *Mars*  
 sexto Germanorum Rege derivetur, quos inter sunt Aventinus, Schedius,  
 Kirchmajerus &c. nec non *Venerem*, unde Magdeburgum, ubi Veneris  
 turris der *Venus-Thurm*, quoad rudera, adhuc conspicitur. De Fran-  
 corum origine potentia, loquendi Idiome & Religione dixisse nunc  
 sufficiat, quibus Francohusium nostra nomen suum debet. An autem  
 hujus oppidi, (olim, ut tradunt, *Barnslau* dictæ,) appellatio à Francis  
 Catto-

Hic proxime ses-  
 ventia verba NB  
 3 signata sunt  
 in sequentia.



Cattorum, ut supra dictum, an sequioribus seculis, à Francorum rege  
Diterico, juxta Chronici Qverfurtensis aliorumq; relationem lib. 1. c. 6.  
p. m. 44. qui cum Saxonibus ut militibus auxiliariis Regem Thuringo-  
rum, Ermenfridum, oppressisse, eam Thuringiæ partem, ubi salinæ  
Franckohusana sitæ, cum istis, reliquo territorio Saxonis Salarii vice  
addicto, sibi reservasse, domumq; unâ cum Turri, in vicino monte ho-  
diè der Schlachtberg dicto, hoc autem in territorio olim in arce Noten-  
burg idolum Pustricus der Püstrich / qui ex metallo artificiosè confectus  
adhuc hodiè Sondershusæ ostenditur, & Germanis ob crassitiem prover-  
bium suppeditavit, ein dicter Püstrich non solum fuit cultus, de quo vid.  
Georg. Fabricius de rebus metallicis cap. de ære Theod. Zvvingerus theat.  
vitæ humanæ tit. possessio antiquitatis fol. 614. D. Saccus postil. Dom.  
Invocavit conc. 1. aliosq; plures; sed & Dea gentilis Jecha, cui Jech-  
burg non procul Sondershusâ nomen debet, quæ à Bonifacio A. 714. fuit  
destructa, vid. Joh. Letznerus hist. Bonifacii part. 1. c. 12. Quod hæc  
idola Veteres Germani & insecutis temporibus Franci, ante Carali tem-  
pora, hoc in districtu, coluerint, à vero non est alienum. Conf. Sche-  
dium de Dis German. extruxisse dicitur, originem trahat, nihil certi  
habeo, quod affirmem. An prior an posterior opinio circa nominis im-  
positionem præferri queat, limato Lectoris judicio relinquo. Quod hæc  
in re sententiarum sit divortium non ignoro. Interim ἐπιχρῆν malo, quàm  
in re dubia aliquid asseverare. Si itaq; Tacitus c. 1. Franckohusanas salinas  
intellexit, ut ex allatis circumstantiis haut obscure elucescit, earum &  
oppidi quoque hujus, primos quo ad natales, ad tempora circa nativita-  
tem Christi vel ante vel paulò post referri posse, facile crediderim. Hunc  
enim conflictum ob fontium saluginosorum possessionem Historici,  
quos inter etiam floret laudatus Dn. D. Joh. Christfried Sagittarius, de  
SALE otio Jenensi Disput. 21. cap. 2. p. 353. circa annum post natum  
Servatorem sexagesimum, accidisse commemorant. Quo verò præcisè  
anno ac occasione illæ fuerint detectæ, nihil certi reliquit Antiquitas.  
Equidem non ignoro ex Majorum tenebris Papalibus adhuc immerfo-  
rum, qui fabulis nimium indulserunt, traditione ad nos perlatum esse,  
quod porcus in palude se volvens à cane fuerit indagatus, in cujus setis sal,  
quem calor solis excoxisse creditur, deprehensus occasionem præbuerit,  
ut lacus & locus ille palustris effoderetur, cui effossioni salinas nostras o-  
riginem suam debere opinantur. Quæ etiam opinio tam altas in Majo-  
rum

tum nostrorum animis egit radices, ut salinarum insignibus canem ap-  
pingere non dubitarint. Verum quis adduci potest, ut huic traditioni  
fidem adhibeat? Fabulosæ quàm veræ narrationi videtur verisimilior.  
Atque hæc eò magis redditur dubia, dum illa ipsa non tantum de Ha-  
lensibus in Saxonia, eeu Joh. Jacob Otto in *Göttlichen SalzSchaß* ex  
Matthesij Sareptâ f. 125. refert part 2. medit. 1. p. 128. Verum etiam de  
Luneburgensibus, ut Christophorus Besoldus part. 2. Thesauri Practici  
p. 307. ex Zeileri itin. Germ. p. 368. annotavit, commemoratur. Ex sin-  
gulari summi Numinis indulgentia, ut alias, ita nostras esse apertas cre-  
dimus; quæ verò factum, indagatu difficile. Nostrum est, non ut nimium  
rimemur, sed ut miremur, tam ineffabile beneficium atque pro eo im-  
mortales gratias persolvamus. Pari autem antiquitatis passu Oppidum  
hoc, quoad prima ejus incunabula, cum salinis suis ambulare, ut supra  
monuimus, perquam verosimile est, sive ante sive post Christum natum  
sive etiam paulò antè Francorum tempora nempe circa A. 525. extiterint,  
quæ ultima sententia, non quod tum temporis primò cœperint, sed quod  
non ignotæ fuerint, multorum Chronicorum autoritate stabilitur, quos  
inter est Chronicon Qverfurtense l. c. Georg. Fabric. de Orig. Saxon. l. 7.  
fol. 866. it. de Marchion. Misniæ de Duce Georgio fol. 44. nec non Ade-  
larius Ehrich/ in der grossen Thuringischen Landtafel aliique. Qualis autem  
situs ac forma ejus fuerit, ex Tacito *ἀπόκη* de German. cap. 2. p. m. 695.  
licebit conjicere. *Nullas, inquit, Germanorum populis Urbes habitari,  
satis notum est. Ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi,  
ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem, con-  
nexus & coherentibus edificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive ad-  
versus casus ignis remedium, sive incertitia edificandi. Ne cœmentorum quidem  
apud illos aut tegularum usus. Materia ad omnia utuntur informi & citra spe-  
ciem aut delectationem &c.* Vid Lehmann. Chron. Spir. l. 4. c. 3. Cluver.  
lib. 1. c. 13. Conringius Exercit. de urb. Germ. Et his constat qualia ve-  
teres Germani domicilia habuerint. Scilicet non incoluerunt splendidas  
ac munitas urbes, ut hodie, nec quenquam eorum, qui Romanas in Ger-  
maniã expeditiones fusè descripsere, Autorum vel verbulo Urbis alicujus  
in agris juxta sylvas fontesque separatim domicilia habuisse sua, historiae  
loquuntur, ut inde & Pagenses seu Pagani à Pagis, hique *ἀπό τῶν παγῶν*  
à fontibus, qui ejusdem pagi dioeceseosque essent, dicti. Eandem ob cau-  
sam

sam innumera vicorum, oppidorum ac urbium apud Germanos vocabula à campis, sylvis, rivis, fontibus, montibus aliisque locis dicta sunt, ut communiter desinant:

in **Feld** / ut: Salsfeld / Mansfeld / Pitterfeld.  
in **Thal** / Joachims Thal / Gräfen Thal / Lauren Thal.  
in **Wald** / Gryps Wald / Freyen Wald / ubi Fons *ωωμειά dñs* seu salutaris nuper ex ortus dicitur.

in **Kode** / (i. e. arboretum,) Osterode / Tannrode / Günsrode.  
in **Hagen** / i. e. dumetum, Gräfenhagen / Coppenhagen / (Hagen quibusdam derivatur à Gr. *ἀγῶν*, unde Hayn i. e. sylva, lucus, quod luci olim gentilibus diis fuerint sacri, unde vicinus tractus die Heinleite q. s. Hain-lage dicitur. Vid. Stukium de Sacrif. Gentil. p. 162. nec non Disp. de Lucis Gentilium CL. Dn. M. Georg. Friderici Magni, Gymnasij Augustani hodiè Rectoris moritissimi.)

in **Bach** / e. g. Onolsbach / Eulenbach / Sulsbach.

in **Brunn** / e. g. Heilbrunn / Königsbrunn / Tieffenbrunn.

in **Burg** / i. e. castrum, Brandenburg / Magdeburg / Hamburg.

in **Berg** / ut Bamberg / Nürnberg / Schneeberg.

in **Mund** / i. e. os sive ostium fluminis Orlamund.

in **Eck** / i. e. angulus, Lübeck / Heideck / Waldeck.

in **Leben** / (convictam indicat) Eisleben / Ascherleben.

in **Furt** / (vadum) Erfurt / Qversurt / Staßfurt. (Hausen.)

in **Hausen** / [i. e. domus seu habitare] Franckenhäusen / Sanger-

in **Au** / ut Nassau / Hirsau / Wetterau / Kelbra q. s. Kelber-Au: Kofla q. s. Kof-Au / it. Auleben &c.

Hinc Guldenua terræ tractus in vicinia ob fertilitatem sic dicta. **Au** denotat campum sive vallem amœnam & fertilem. Sic B. Lutherus pascua amœna Psalmo 23. reddidit grüne Auen: Quem versiculum piētissimus Hassiæ Landgravius Ludovicus VI. qui Davidis hymnos carminibus Germanicis lectissimus expressit, ita eleganter reddidit:

Der Herr ist mein Hirt / ich werd ohn Mangel leben /

Auf einer grünen Au / wil Er mir weide geben:

Sic Psalm. 65, 14. die Auen stehen dick mit Korn. conf. Psalm. 37. 20.

Devt. 11, 11. Es. 30, 24. Jer. 6, 2. c. 23, 10. c. 25. 37. c. 40, 4. Ezech. 34, 13.

Joel.

Joel. 1, 19. Plures locorum appellationes vid. apud Althamer. c. l. p. 235. cujus verba, syllabum hunc finit, jam facio mea: *Ista locorum vocabula in eum usum congeffi: ut nostris Germanis darem occasionem, argumentum & judicium, singulorum locorum originem & nomenclaturam investigandi addivinandiq;* hoc enim ad Illustrationem Germania plurimum conferet. Ut igitur Veteres Germani in tuguriolis frondeis vel domunculis luteis habitârunt & sylvestris vitæ generi indulserunt: ita sexto demum seculo & Caroli M. potissimum temporibus deinceps, postquam cum Religione Christianâ, (expulsâ avorum feritate,) paulatim ad mansuetiores redigerentur mores, urbes ædificare, eosque mœniis cingere contraq; hostium impetû se munire cœperunt, quæ postea magis magisque sua ceperunt Incrementa. Ex hac communi habitaculorum, quibus prisca Teutones usi sunt, delineatione collectu non est difficile, qualem situm ac formam nostra etiam Francohusa circa incunabula sua repræsentaverit. Scilicet ante salinas repertas locum planè inhabilitabilem, quibus verò repertis sub primam earum ætatem aliqua tuguriola vilissima circa eas extructa ac crescente deinceps incolarum numero in eum locum, ubi hodiè vicus dicitur *Altstadt* vocatus, per colonias quasi sedem ipsorum translata fuisse hœriolor. Quem locum cum per aliquot secula incoluissent, tandem circa A. C. 524. in Francorum potestatem ope Saxonum unâ cum totâ Thuringiâ redactos esse, supra mentionem fecimus. Et circa illa tempora castellum in vicino monte ob defensionem salinarum contra extraneos hostes à Francis fundatum esse non est indubium. Muros enim vel quatuor ulnas excedentes summam vetustatem loquuntur. Nec repugno, quod per aliquot secula hoc in castello Franci sedem suam habuerint, quorum verò stemmate hujus lineæ fortè extirpato, vel jure emtionis vel hæreditatis vel etiam armis ad alios, & ut probabile est, immediatè ad Marchiones Misniæ (de quorum constitutione ejusq; causâ in genere Vid. Georg. Fabric. de Orig. San. l. 2. p. 115. & in specie de marchionibus Misniæ lib. 6. p. 570.) & ab his sub Feudi specie ad Comites de *Beuchlingen* & porrò ab his trecentos ante & plures annos ad Comites *Svartzburgenses* titulo venditionis pervenisse existimo, ut hoc ipsum etiam supra omnes laudes positus noster Fritschius ex documentis, quæ in Archivo habentur, Tractatu de Regali Salinarum jure cap. 3. §. 3. n. 14. cursoriosè observavit. Ex Chronicis enim constat, Guntherum Comitem *Svvarbargicum* (deinceps A. 1349. ad Solium Imperatorium evectum,) unâ

unà cum fratris sui **Heinrici** Filio castellum & oppidum **Franeohufanum**  
unà cum salinis & omnibus pertinentibus ab ante dictis Comitibus de  
**Beuchlingen** sub emtionis titulo accepisse, ex quo, nempe ab anno 1340.  
**Svartzburgicæ** ditioni hic tractus **Franeohufanus** fuit subiectus. Salinas  
quidem **Saxonico-Halenses**, referente **Heigio** quæst. 14. n. 17. & nostro  
**Fritschio** laudato tractatu c. 3. §. 2. ante annos mille & quod excurrit ab  
**Imperatore** **Ortone** Archiepiscopatu **Magdeburgensi**, & ab hoc vicissim  
sub Feudi jure ac titulo privatis & civibus masculis, cartâ salinarum par-  
te mensæ Archiepiscopali assignatâ, concessas constat; utrum verò &  
nostræ salinæ tanquam Regale ad solum Magistratum olim pertinuerint,  
an ab earum initio Allodiales fuerint, meum non est exponere. His au-  
tem non obstat, quod jus salinarum in Aureâ Bullâ cap. 9. p. m. 6. Ele-  
ctoribus ex speciali gratia ac privilegio ab Imp. **Carolo IV.** aureæ Bullæ  
autore, tribuatur; Successu enim temporis alii etiam principes, Comites  
& ordines Imperij vel ex concessione Imperatoris & investiturâ, vel vi præ-  
scriptionis immemorialis hoc jus tanquam Regale exercuerunt, & adhuc  
exercent. Vid. noster **Fritschius** l. c. §. 1. & 2. Nihil autem certi subest,  
an nostrates Salinæ olim Feudales, an Allodiales fuerint. Verosimile tamen  
videtur, semper Allodiales fuisse, unde factum reor ut crescentibus salinarum  
prementibus hoc ipsum quoque oppidum sua ceperit incrementa. Hinc illud  
locum, hodiè **der Anger** vocatum, juxta veterem traditionem, quam temerè  
non rejicio, olim inhabitabilem, ut salinis propiores essent, domos constru-  
ere, mœnibusque cingere cœpisse, facillè crediderim. Et certè portam illam,  
hodiè **das Seigertshor** dictam, ad novas has Colonias pertinuisse, non vi-  
detur improbabile. Crescente verò hominum numero fieri potuit, ut illa  
oppidi pars, ubi curia sita, temporis successu fuerit adjuncta. Nec inepta  
videtur & illa traditio, quod olim civitas hæc in eo loco, ubi hodiè **die**  
**Altstadt** conspicitur, sita fuerit, & longius se extenderit. Traditionem  
confirmant rudera templi satis magnifici adhuc conspicua, nec non fons  
ille vulgò **der Byborn** vocatus ac alia vestigia. Quod verò Monasterium  
attinet, in eo loco, ubi hodiè inferius templum & schola sita, unde &  
nomen retinuit, de eo nihil indicij amplius restat, nisi quorundam mu-  
rorum rudera jam mœnibus inserta. Nec **Historiographos** ejusdem  
mentionem fecisse memini præter **Cyriacum Spangenberg** in **Chron.**  
**Querfurtensi** cap. 53. p. 412. **Grau Anna / Gräfin zu Beuchlingen / hat**  
**ihrem Herrn zwei Töchter gebracht / Mechilden und Anna / welche beyde**  
**ins**

ins Jungfrauen Kloster zu Franckenhausen ergeben worden/ denn umb diese  
Zeit eine starcke Opinion und Aberglaube bey den Herrschafften gewesen/  
das sie von Mönchen und Nonnen beredt/ anders nicht gewüst/ denn je mehr  
Kinder/ Brüder oder Schwestern sie in Clöstern hätten/ in so viel grössern  
Gnaden sie auch vor unserm HERN GOTT stehen müsten/ darumb hat man  
allenthalben in allen Clöstern viel Herrn Kinder funden. Also sind auch  
gemeldte beyde Fräulein/ Wecheld und Anna/ zeitlich und jung ins Kloster  
Franckenhausen geschickt worden/ darinnen sie verwaltet/ und noch umb das  
1462. Jahr gelebet. Hujus Monasterii meminit etiam Philippus Melanch-  
thon Epist. 19. ad Joach. Camerarium die veneris post Cantate & eadem,  
qva Rusticorum clades contigit, hebdomade A. 1525. Scripta his verbis  
*Plus menssem jam passim erronum more vagor. Ex Islebia cum domum redissem,  
mox cum Caspate Crucigero Magdaspurgam, inde Torgam, beri domum ventum  
est, ubi accepimus ex amici cujusdam non levis literis, ad Francusium in Turingis,  
legionem Monstarij fusam ac victam esse, magnum numerum Rusticorum esse:  
gustatum. (hora 1. post merid.) Ipse vivus captus est, cum tamen sub pri-  
mam coitionem aufugisset, & se in quodam monasterio monialium abdi-  
disset, &c.* Hæc sunt Lector Candide, qvæ hac vice de canâ Salinarum  
nostriq; oppidi vetustate partim per conjecturas, partim per apodicticas  
rationes commentari licuit. Si fortè à celeberrimorum Criticorum ac  
Historicorum opinione certis rationibus motus interdum declinave-  
rim, non vitio mihi datû iri confido. Interea solidiorib; rationibus infor-  
matus sententiam probabiliorem, de qva mihi gratulabor neutiqvâ aver-  
sabor. Qvod interdum oleas transiliverim, id non sine causa factum Le-  
ctor ingenuus facilè hariolabitur. Si verò L. B. operam hanc meam tibi  
non nigratam fore sensero, pleni Francohusæ descriptionem qvoad sa-  
llinas, ædificia, epitaphia, res gestas aliq; notata non indigna, donec  
Injustum excrescat opusculum, posthac tecum Im. communicabo. In  
præsente autem Progenas mate sequentes adolescentes, optimorum Pa-  
rentum Filii, qvorum qvilibet pro statu domestico ingenio ac ætate suam  
meretur laudem, se sistent, & quidem

I. Johannes Gräse / Francohus. pius & sedulus, qvi PRÆLOGI vices  
in Teutonicâ sustinebit.

II. Justus Petrus Bötticher / ut nobilis ingenij, sic perstrenuus patriarum  
virtutum æmulus, qvi primâ vice hunc campum ingrediensâ  
variis

variis argumentis Patriam Francohusam illo Latiali collaudabit.

III. Joh. Christophorus *Stange* / Longo-Salisanus, Orphanus quidem sed pius & doctus, & Patronis dignus, qui exercitii gratiâ Francohusam vituperabit luto, à foetore, ab insalubritate &c.

IV. Gotfridus Guntherus Schultesius, Francohusanus, pii Patris plus ac unicus filius ob egregiam indolem & profectus supra ætatem in superiori programmate ex merito laudatus, qui ex Genere Juridic. patriam à vituperio argumenta partim negando, partim invertendo & in laudem convertendo, defendet laudesq; ei restituet.

V. Martinus *Ritter* / Francohus. à probitate & diligentia merito commendabilis, qui luti laudem ab antiquitate, nobilitate & utilitate exaggerabit & ad lutum Francohusanum applicabit.

VI. Augustus Frideric. *Hesling* / Francohus. suâ laude etiam non indignus, qui sequentis Orationis Hebraicæ & Græcæ sensum in Germanicâ Lingvâ summam proponet,

VII. Jacobus Heing. *Karrheuser* / Franc. Chori Musici Præf. ut commendatione non indignus; ita Patronorū consilio & auxilio in paupertate suâ indigus, qui oratione Hebraicâ memoriter recitanda, singulari Dei providentiam in tanta ac insolitâ ariditate circa messem nostram tam Cerealem quam Vindemialem se nuper exferentem laudibus extollet, atque pro eâ cum annexo voto devotas grates persolvat.

VIII. Joh. Andreas *Nöbling* / Thalebiensis, optimi Parentis & Sacerdotis filius & non minori, quam præmissi Commilites, encomio dignus, qui eandem in forma Orationis materiam, ante Hebraicè, jam Græcè etiam promptâ memoria proponet.

IX. Felix *Sischer* / Francohus. Felicis Parentis felix feliciorisq; indolis filius isq; unicus, qui primâ vice EPILOGUM germanicè representaturus gratiarum actione pro honorificâ præsentia piisq; votis pro omnium salute huic Actui harmoniâ musicâ exornando coronidem imponet.

Qvo-

Quoniam verò Auditor studium dicendi excitat, à Vobis, Patroni  
submissè venerandi, Fautores colendi, Amici æstimandi, impensè peto, ut  
crastino finitis sacris acroateriū nostrum majus haud gravatim in visere,  
& per bihorium hos tyrones promptā memoriā dicturos opera vestra auri-  
culari benevolè adjuvare haud dedignemini. Id quod si, ut olim, fece-  
ritis, de quo nihil dubii est, non solum civibus Scholasticis calcar ad per-  
tinacius studium subdetis, sed & me vicissim ad omnes observantiæ &  
officiosæ voluntatis promptitudinem sedulò vobis præstandam obliga-  
tum reddatis. Quod restat, voto metricè concepto hoc programma  
finio :

*Antiqua ò Francusa precor per secula cuncta,  
Si qua futura sint, te beet alma TRIAS.*

*Porrò tue scateant, se diffundantq, Saline,*

*Illis dum Salerit, tibi cuncta salus.*

*Sic porrò felix, sis terq, quaterq, beata,*

*Absit & omne, tibi quidquid obesse potest.*

*Orabis patriæ valeant ut NUMINA nostra,*

*Et faveant illis prospera fata diu.*

*Eusebie Themidiq, domus fiet utraq, felix,*

*In te qua floret, florida sitq, Schola.*

*Alba gallina sit filius incola quivis,*

*Et benedicat ei largiter alma TRIAS.*

P. P. Domin. XXI. post Trinit.

A. C. clo lcc LXXXIV.

*Psalm. 127. 1.*

אם יתורה לא ישמר עיר

אם ישמר עיר יתורה

**FINIS.**



Pon 3/6. 80. 8a

ULB Halle 3  
002 710 218  


S. 6.

115





כַּשֵּׁם שְׁמַיָּהוּ

AD ACTUM ORATO

in quo

# ENCOMIAS FRANCOHU

Cujus & Salinarum antiquitatem  
notatu non indignis praesens  
indicabit ;

nec non

EUCCHARISTICA PRO LAETI  
tam Cereali quam vindem  
ex singulari summi Numinis in  
huic tractui continuo ferè Solis calore e  
seris largius concessa,  
Hebraicè, Græcè, Latinè & G  
à novem tyronibus  
in Auditorio Schoia nostra Francohusa  
V. D. memoriter proponen

Dnn. Patronos, Inspectores, Fac  
rei Scholasticae bene cupie  
submissè, honorificè & offic  
invitat

## M. JOH. Hoffmann



NORTHUSÆ,  
Typis Augustini Martini Hynitz  
ANNO M DC LXXXIV.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**

Blue 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Black

